



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Nocumentum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

Peruulgatum & illud est. Luna gestamen apud Arcadas nobilitatis hieroglyphicum fuisse: qui quidem Profeleses ea de causa nuncupati sunt, quod a Deucalione diluuii primipili Lunam in ipsefixe nascentem, se credere, &c. ibid. l. 44. pag. 434. F.

¶ E M B L E M A.
Nobiles & generosi.
Emblema And. Alciati cxxvii.
Aurea Cecropias nescibat sibiula Sestes,
Cui conuulsa tenax dente cicada fuit:
Calceus Arcadico suberat cui lumbula vitæ,
Gessatur patribus mulla Romulidis.
Indigenas quod se adserent, hæc signa tulerant.
Antiqua illustres nobilitate viri.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOL.
Nocumentum, Græce βράχος, ἢ βράσιος, nocco dicitur, à nocco deducitur.

¶ PATRYM SENTENTIAE.
Facinus est, quod agit indomita cupiditas, vt noccat alteri. Aug. super Iouan.

Nec aliquid nocet fidelibus negata eorum corporibus sepultura, nec si exhibeatur, aliquid infidelibus prodest. De cura pro mortuis.

Quantum ad peccati rationem pertinet, nocuit, quia nocere disposuit. Hier. in epist.

Aliud quoque est nocere, quod semper potes, aliud prodesse, cum possis, aliud non facere, aliud non operari bonum. Illud tibi rursus occurrit, nõ sufficere, Christianum si vnam partem iustitiæ impleat, quam vtraque præcipitur. Ad Celant.

Sed vitium soli impugnent nos maligni spiritus cum suggestionibus suis, & nihil nocent homines perniciosis exemplis, persuasionibus importunis, sermonibus adulationis vel detractionis, atque aliis mille modis. Bern. in serm.

Eti omnes, qui mare & terram habitant, conueniant ad lædendum, nocere nequaquam poterunt ei, qui à semetipso non læditur. Chrys. de repar. lapsi.

Raro læditur homo ab extraneis, si sui cum non lædant: magis enim insidijs nostrorum, quam aliorum periclitamur. Isidor. libr. 11. de summo bono.

Ridiculum est, aliquem odio nocentis innocentiam suam perdere: insidiosissime nocet, cui gratia aguntur pro iniuria. Seneca in epist.

Homo, qui scientiam boni ac mali habet, abstinet se à nocendo, etiam cum incommodo suo, quod animal irrationale facere non potest, & ideo inter summam hominis virtutes innocentia numeratur: quibus rebus apparet, sapientissimum esse, qui mauult perire, quam nocere, vt id officium, quo à mutis discernitur, seruet. Luc. 11. Firm. diuin. instr. lib. 5.

Vide damnium.

Nomen.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Nomen quasi Nouimen, inquit Festus, à nosco, quod noticiam faciat: nam per id quo quicquid nominamus illud agnoscitur. Græc. ὄνομα, Hebr. Shem, apud quos Naam significat dicere, loqui, eloqui; Neum, verbum, sermo, locutio, ab Hebræo Græcum ὄνομα, & ὄνομα, profero, loquor, sermo cinor. fluxisse videtur: ὄνομα, ἴτεμ, id est, nomino, vnde Germ. Ein Nam; Gall. Nom. Ital. Nome, Hisp. Nombre, Proprie autem nomen dicitur, teste Nonio proprium vocabulum singulorum, id est, quo singule res appellantur. Inde nomino, nomen alicui ei impono. Id autem fit dupliciter. Aut enim vniuerso generi nomen imponimus, quod Grammatici nomen appellatum vocant: vt quum animal vrens ratione hominem dicimus nominari. Aut singulis rebus peculiare nomen imponimus, quod illi cum alio non sit commune, hoc à Grammaticis nomen proprium appellatur: & diuiditur in Prænomen, Nomen, Cognomen, & Agnomen, vt Publius, Cornelius, Scipio, Africanus. De quibus prolixè agunt Grammatici.

¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Nomen pro amplitudine, vel excellentia, sed cum re ipsa coniuncta. Ephes. 1. 21. Phil. 2. 9. pro dignitate ac præstantia, Hebr. 1. 4. pro notitia, Rom. 1. 6. Nomen nouum electis datum, Apoc. 2. 2. 17. Nomen Domini Iesu, ex Hebræorum idiotismo ideo declarat, quod Dominus Iesus, Cor. 1. 1. ver. 4. Nomen Christi nominare dicitur, qui colit. FFFF 2 Chri-

¶ HIEROGLYPHICA.
Quod Romanos omnino annulus signum fuit nobilitatis. Testatur cum aliam ea, quæ apud Lium leguntur lib. 3. de bello Punic. secundo. Vide Pier. 41. pag. 397. B.